

*49. Instrumentum venditionis dei
fratelli Nicola e Ioannotto de Actareno
in favore di Nicola de Riccardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*49. Instrumentum venditionis dei
fratelli Nicola e Ioannotto de Actareno
in favore di Nicola de Riccardo*

1353-03-01

(c. 441v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo
quingagesimo tertio, regnantibus dominis nostris
domino Ludovico et <domina> Iohanna Dei gratia
inclitis Hierusalem et Sicilie rege et regina, ducatus
Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii
ac Pedimontis comitibus, regnorum dicti domini nostri
regis anno quinto et prefate domine nostre regine anno
undecimo feliciter amen, die primo mensis marcii, sexte
indicionis, apud Potentiam.

Nos Thomasius de David iudex ipsius civitatis Potentie,
Iacobus de Ingannulo de eadem civitate puplicus ubilibet
per provincias Basilicate, Terre Bari, Capitinate,
Principatus ultra citraque serras Montorii ac Terre
Laboris et ac comitatus Molisii regia autoritate notarius
et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati,
presenti scripto publico notumfacimus et testamur quod
in nostri presentia constituti Nicolaus et Iohannoctus de
Accareno de Potentia, fratres, ipse tam(en) Iohannoctus
maior quatuordecim annis asseru[it coram] nobis et per
[sui] corporis aspectum nobis etiam visum fuit, eorum
gratuita, libera et spontanea voluntate vendiderunt,
alienaverunt et per fustis traditionem assignaverunt iure
proprio, inperpetuum Nicolao de Riccardo de Potentia,
ibidem presenti pro <se> et suis heredibus recipienti
et ementi, peciam unam terre eorum site in territorio
Potentie Potentie, in contrata que dicitur le Planchette,
cuius terre dicti venditores hos dixerunt esse fines: ab
una parte tenet heres quondam domini Angeli de Madio,
ab alia parte tenet maior ecclesia Potentina, ab alia parte
est strata seu via publica et siqui alii sunt confines,
ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum,

donandum, permutandum, nec non quocumque modo dictus emptor et sui heredes voluerint alienandum, cum accessibus et egressibus suis et cum // (c. 442v) viis suis in dicta terra intrandi et exeundi atque cum omnibus aliis diversis iuribus et pertinentiis suis dicte terre et eisdem venditoribus pro ea vel ex ea pertinentibus quovismodo. Pro qua venditione dicti fratres venditores confexi et contenti fuerunt coram nobis se habuisse et manualiter recepissee a prefato emptore nomine precii in [ca]rlenis argenti, sexaginta per unciam computatis, uncias duas ponderis generalis, totum scilicet precium venditionis ipsius, renunciantes propterea dicti venditores super hiis exceptioni doli mali, vis et metus, exceptioni dicte non numerate peccunie, non solute et non assignate ac non boni seu bene ponderati argenti, legi ressissorie qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenerunt et omnibus aliis auxiliis et beneficiis omnium iurium atque legum et speciale <sic> iuri dicenti generalem renunciacionem non valere, quibus vel ipsorum aliquo suffragantibus dicta p(remi)ss(a) venditor et confexio seu huius subscripti tenor <posset> in aliquo minui vel infringi. Permittentes dicti fratres venditores pro se suisque heredibus <sic> prefato emptori pro se et suis heredibus stipulanti, litem vel controversiam // (c. 443r) de dicta terra ullo unquam tempore non inferre nec inferenti consentire, sed ipsam terram predicto emptori et suis heredibus ab omni homine et persona quacumque legitime defendere, antestare, guarire et disbrigare et dicta venditione et omnia et singula supradicta et infrascripta rata et firma habere, perpetuo tenere et nunquam contradicere vel venire, per se vel suos heredes aud aliquos loco eorum atque ingenio seu tractatu, sub pena dupli precii supradicti, medietate ipsius pene

regie et reginali curie et altera dicto emptori vel suis heredibus persolvenda, me predicto notario publico pro parte dicte curie et predicto emptore pro se et suis heredibus a predictis fratribus venditoribus solemniter stipulantibus penam ipsam. Qua soluta vel non soluta seu gratiose remissa, predicta et subscripta omnia in suo nichilominus robore perseverent; insuper Ducata de Alieucala Pobena, uxor dicti Nicolai venditoris, moren iure Romano vivens sicut ceteri homines et mulieres ipsius civitatis ab antiquo vixerunt et vivunt, presens coram vel dicti venditores sponte consensit eamque ratificavit et acceptavit et renunciavit supra dicta terra vendita omni iuri omniumque // (c. 443v) actionum <sic> quod et que sibi competerent et possent in futurum competere, tam ratione docium suarum et dodarii quam alium iurium quibuscumque <sic>. Pro quibus omnibus actendendis et inviolabiliter observandis, <tam> dicti fratres venditores quam predicta Ducata, dicto emptori et coram nobis corporalia prestiterunt ad sancta Dei evangelia iuramenta. Unde ad futuram memoriam dictorum fratrum venditorumd preces et prefati Nicolai de Riccardo emptore <sic> ibidemque suorum factum est exinde presens publicum instrumentum per manus mei qui supra notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis ac nostrorum predictorum subscriptorum testium signis et subscriptionibus roboratum.

1

2

Così S per Actareno (da docc. coevi)
Così S per subvenitur

6

3

4

5

6

7

8

9

10

Quod scripsi ego predictus Iacobus publicus ut supra
notarius qui premissis rogatus interfui et meo signo solito
signavi; superius autem ubi legitur «quatuordecim»
abrasum, item ubi legitur «aliquo ingenio seu tractatu»
interlineatum, abrasum et inter/lineatum ac emendatum
est per me predictum notarium, non vitio sed errore.
Quod scripsi ut supra. (SN) Ego Thomasius de David
iudex Potentie qui supra Ego diaconus Bernardus
de Episcopo testis interfui Ego presbiter Iacobus de
Perubo testis interfui // (c. 444r) Ego presbiter Nicolaus

Così S per venditio

Così S per scripti

Così S per promictentes

Così S per guarentire

*Possibile salto di una intera riga dell'originale, risarcibile
come segue in base al formulario coevo: in iudicio vel extra,
de iure vel de facto, aliqua occasione, modo*

Così S per de Potentia (da docc. coevi)

*Possibile salto di una intera riga dell'originale, cui si
appaiano errori nelle concordanze; risarcibile ed emendabile
come segue in base al formulario coevo: dittam vendictionem
per eumdem virum suum fattam ditto emptori*

Così S per heredumque

49. *Instrumentum venditionis dei*
fratelli Nicola e Ioannotto de Actareno
in favore di Nicola de Riccardo

7

Tetrallus interfui Ego presbiter Angelus de Pontalto
testis interfui

11

12

13

Così S qui, nella nota testium Rubo
Così S qui, nella nota testium Tarallus
Così S qui, nella nota testium Pantaleno; in docc. coevi
Pantaleo